

## 222 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

*Sacra Scriptura maje-  
stas non fu-  
cata, sed  
vera, ac soli-  
da.*

Mosaici Tabernaculi mystica expositione, lo-  
quens de sacra Scriptura majestate, ita egre-  
giè: *Hec tam habitum, quām vitium meretri-  
cium respuit, ut amplius placeat nucleus sub-  
cortice, quām mendax fucus in vertice. Inzura-  
ta itaque est, quia & facie pulchra, & sensu est  
bona. Vide sis ibi alia ad rem præsentem.*

### SECTIO XXVII.

*Laudabilis valde, magno pretio, ac loco ba-  
benda nobilitas innata, & perantiqua, nisi  
vitius fædetur; & quare.*

**859** Sive æternam generationem ex Paterno intellectu, sive temporariam ex Mariano utero species, Christi exortus nobilissimus exat, quo nobilior nullus; quandoquidem ingenia ei nobilitas, & perantiqua, innata, & perantiqua bonitati adficiunt: *Candor  
est enim lucis æterne, speculum sine macula, &  
imago bonitatis illius.* Hanc utique generis sui claritatem commendat Incarnata Sapientia, dum ait: *Ego ex ore Altissimi prodixi pri-  
mogenita ante omnem creaturam.* ut ostendat, ingenitam, & antiquitatem illustrem nobilitatem laude esse dignissimam, & magni habendum, nisi feedetur virtus. Et cur non gloria buntur homines nobilitatis titulo, cū vel ipse Christus, quā homo est, claros suos natales tantopere commendet?

**860** Etenim si nobilitatis originem expendamus, à Deo ipso, unico & immediato primi hominis efformatore & progenitore effluere, Christiana doctrina affirmat. Quid laudabilis? Totum Deum recogita formā divinissimā, imagine speciosā, habituque humano (ut multi credunt) conspicuum, Adami corpus ex limo terrae accuratissimē elaborantem. Limus verò toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effungitur, uti loqueretur Tertullianus lib. de Refusione carnis. Sic homini secundum corpus datum est esse aliquid origine generosius, subtextu ille. Ut autem Deus corpus animaret, animam insufflasse dicitur, Genes. 2. 7. *Inspiravit in faciem eius spiraculum viæ.* Quali rationalis anima, pars hominis nobilior, nihil aliud esset, quā certa quædam de substantia ipsius Dei decisa portio quasi quidam à divino pectori, aut corde habitus, imo quasi Dei viscera & cor. Sic efformatus homo apparuit ad imaginem & similitudinem Dei, nullum alium immediatum progenitorem agnoscens nisi Deum ipsum, cuius ipse formam perfectè referebat, uti filius respectu parentis. Ut enim Philo Judæus loquens de

*Phil. Iudæus.* Adami nobilitate lib. de Nobili. Illi nemo pa-  
rens, auctorque vita nisi Deus fuit. Adamus omnis patri-  
tianobilitas. ille est, à quo omnis patria nobilitas descendit. Ecce tibi, qua ratione à Deo ipso originem trahat humana nobilitas, quantique momenti sit, à nobilibus parentibus ortum trahere. Nobilitas certè terreno corpori major optari non poterat, quām habere architectum, fatorem, & parentem ipsum Deum: nulla gloriosior affinitas, quam animæ rationis compotis, quæ imaginem Dei indelebilem ferat, esse quasi conjugio longè jucundissimo, atque inseparabili copulatam. Opportunissima sunt S. Nysseni verba ex lib. de opificio hominis, pro-  
Rogium bo-  
mini deus. Adami nobilitate. Hominem, inquit, natura divina, cuius omnia parent imperio, ima-

ginem esse, nibil esse putandum est aliud, quām in ipsa Regum ei decus in ipsa creatione tributum creatione esse. Quemadmodum enim more humano, qui tributum principum imagines faciunt, nativa forme indicia effingunt, atque etiam purpure amictu regiam dignitatem exprimunt, eaque deinde suis imago numeris absoluta, ex consuetudine Rex appellatur. Ita & hominis natura sic condita, ut reliquorum creatorum domina esset propter eam, qua Regem huius universitatis refert, similitudinem, imago quasi viva erecta est, cum qua & dignitas, & nomen archetypi communicatur.

**861** Certe tanti apud Deum extat clara ho-  
minis prosapia, innata & perantiqua nobili-  
tas; ut non nisi ex nobilibus Parentibus car-  
nem sumere, & nasci voluerit Dominus Je-  
sus, ut claret ex catalogo progenitorum illius, secundum Matthæum & Lucam; & ob-  
servant Interpretes utrinque Evangelii. Vix enim nobilis, & illustris vir fuit ab Adamo usque ad Virginem Matrem per multa annorum millia, qui non in parentem Christi vocaretur, & in cuius familiam Deus ipse non se in-  
sinuaverit, minimè interrupta serie parentum clarissimum, quorum ascensus in Adamo ac Deo ipso, unico & immediato Adami principio, terminatur. Sic enim habes apud Lucam

*Luc. 3. 23.*

*Jesus erat incipiens quasi annorum tri-  
ginta, ut putabatur filius Joseph, qui fuit He-  
li, &c. qui fuit Adam, qui fuit Dei. Quod  
S. Bernardinus Senensis præclarè animadver-  
tit, qui tom. 1. Serm. 61. cū Christi, & Ma-  
ria nobilitatem ex utraque Genealogia Evan-  
gelica multis commendasset, articulo 1. cap. 1.*

*S. Bernardi.*

concludit: *Ut ex hoc manifestè clarescat, quod omnis nobilitas corporis concepsa humano generi in Adam, à Domino principaliter data est, ut descendere per multas generationes, & per Vir-  
ginem Matrem terminaretur in Christum.* Quid hoc quælo? Cur canæ, ac venerande nobilitatis tantoperè studiosus ostenditur Jesus, qui humili, & abjectus nascetur? Nonne magis consonum sive humilitati, & abjectioni erat, si ex obscuris parentibus nascetur? Sa-  
nè qui humili apparere voluit, noluit ex obscuris, sed ex clarissimis progenitoribus nasci, abs-  
culo illo humiliatis sive detimento; ut ostendat quanti apud illum sit nobilis prosapia, nisi aliunde fœderetur.

**862** Hinc Deus maximoperè gaudere vi-  
sus est nobilium obsequio, & famulatio; amat à nobili-  
tate nobilioribus honorari, & stipari.  
*Amat Deus  
bus honorar-  
ri.* Et propter vix natus infans à Magis Regibus adorari voluit, & oblatæ ab eis munera suscipere: *Et procidentes adoraverunt eum, &  
apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, au-  
rum, thus, & myrram.* *Matth. 2. 11.* ut tantorum Principum exemplo permoti omnes ad eum adorandum Gentium nobilissimi confluenter ayide & studiosè; quo nihil ei potius & antiquius extat. *Pf. 71. 11.* *Reges Thar-  
sis & Insulae munera offerent;* *Reges Arabum,  
& Saba dona adducent.* Et adorabunt eum omnes Rege terræ. Cernas Apoc. 4. 10. ante thronum Dei & Agni procumbere humiles, coronaque suas venerabundos demittere viginti quatuor illi Seniores, Dominos, five Reges præclarissimos, qui in circuitu sedis dicuntur *Apoc. 4. 10.*

*Pf. 71. 11.*

*Matt. 2. 11.*

*Apoc. 4. 10.*

*Ex nataliū  
splendore  
sublimis  
Spiritus ad*

*non*

## Pars II. ad V. 5.

223

non pauci in his senioribus temporales mundi Reges, ac Principes præ cæteris mortalibus eminentes dignitate, & generis claritate adumbrari. Sed enimvero cur nobiles potius quām ignobiles in sui obsequium JESUS trahit & sibi adiare proximiores vult? Certe nulli homunciones sunt quantumvis obscuri, & abjecti, quorum non aestimet Deus familium; sed illud magis in votis habet, & pluris habere videtur, quod ei à nobilibus præatur; horum potuimus obsequio Christus gadet; ut ostendat quanto in pretio, & loco illi sit in nata, & verus nobilitas. Rectè proinde Sanctus Synesius lib. de regno; *Nec à ratione, ait, alienū est, divinū quoque Numen religiosi Principis cultu, reverentia gaudere, eumque arcañā quādā necessitudine sibi conciliari.*

**863** Curavit Deus ut Hebraicæ Familiae propriis distinguenter stematicibus, sive nobilitatis insignibus, quæ in vexillis militari bus singularium tribuum resplenderent. Num. 2. 2. *Singuli per turmas signa atque vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabantur filii Israel per gyrum tabernaculi fœderis.* Nam præter illa quatuor majora vexilla, & insignia populi Israelitici. Leonem, Vitulum, Aquilam, Puerum cum mandragoris, de quibus Massius Josu. 6. 9. *Burgensis ad cap. 2.* Numeror. additio. 2. *Prado Ezech. 1. in Com-  
men. 1. visio. p. 2. Sectio. 2. Lorinus in Pf. 19.* 6. Abulensis Num. 2. quæst. 5. Præter illa, inquam, quatuor majora vexilla, & stematica, singulas tribus, atque ad cuiusque tribus singulas etiam familiæ proprium habuere stemma, ut multis docet Abulensis citatus, *Vatal-  
blus & Sa. & Villalpandus tom. 2. in Ezech. p.  
2. lib. 5. dist. 2. cap. 29.* Proprium videlicet stemma juxta uniuersusque tribus nobilitatem, seu natalium splendorem; quæ ab stemmate nominarentur; uti apud nos Leones, Aquilari, Figueroæ, à Leone, ab Aquila, à fulcinalis foliis. Neque in vexillis tantum modo per gyrum tabernaculi fœderis stemmata conspiciebantur; sed etiam in logo, sive rationali pectus, & cor summi Hebraeorum Pontificis condecorante, ut videtur constare ex Sap. 18. *Sapi. 18. 24.*

*Stematica  
gentilicia  
in rationali  
Hebreorum  
Pontificis.*

24. *Et Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta.* Græcè pro magna-  
lia, et dōξa, quod trophya nobilitatis significat sive stematica Gentilicia: quæ in lapidibus auroque cælata (ut in sigillis cælari solent) gloriola generis prosapiam referabantur; ut putant Prado, & Villalpandus, & multi alii. Quorum igitur illorum stematica, qui progenitorum nobilitate, & gloria erant illustres, circa se Deus habere voluit per gyrum Tabernaculi sui? Quid est quod ad peftus supremi Antiflitis Christum Dominum portendunt, insignia nobilitatis præferantur? Sanè ut ostendat Deus quo in pretio, & loco apud illum exet generis nobilitas, præsertim si divino sint mancipata obsequio, illustrum progenitorum im-  
ages, & titulos circa se habere voluit, & cordi ei esse, quasi monile pretiosum, quod peftus pulchrè, & luculenter exornaret, præmu-  
niretque magnificè.

864 Illud præsertim Deum in Nobilitatis studium, & pretium videtur induisse; quod ex natalium splendore sublimes spiritus affluntur ad magnifica opera perpetranda, ut mirum sit quoniam opere progenitorum laude mortales excitentur; juxta illud Iai. 32. 8. *Prin-  
cipes quæ digna sunt Princeps, cogitabunt.* Ex

Hebraeo legas, *Princeps principalites cogi-  
tabit.* Id est, dignas semper sua nobilitate, sus-  
gencia affu-  
que majoribus cogitationes conabutur. *El Rey munur.*  
*siempre esta pensando en realezas, no en po-  
quieras, y viles.* Sunt autem nobiles sancti, qua nihil est sublimitas, perquam apud, & quasi nati: sanctitas enim veluti gemma au-  
re nobilis prosapia annulo bellissime inclu-  
dit, & inde miris ex se splendores emittit.  
Enitescit virtus in familia illustri. *Sapi. 4. 1.* *Sapi. 4. 1.*  
*Claritas pro-  
nobili a',  
claripro nō  
bilibus.*

**865** Curavit Deus ut Hebraicæ Familiae propriis distinguenter stematicibus, sive nobilitatis insignibus, quæ in vexillis militari bus singularium tribuum resplenderent. Num. 2. 2. *Singuli per turmas signa atque vexilla, & domos cognationum suarum, castrametabantur filii Israel per gyrum tabernaculi fœderis.* Nam præter illa quatuor majora vexilla, & insignia populi Israelitici. Leonem, Vitulum, Aquilam, Puerum cum mandragoris, de quibus Massius Josu. 6. 9. *Burgensis ad cap. 2.* Numeror. additio. 2. *Prado Ezech. 1. in Com-  
men. 1. visio. p. 2. Sectio. 2. Lorinus in Pf. 19.* 6. Abulensis Num. 2. quæst. 5. Præter illa, inquam, quatuor majora vexilla, & stematica, singulas tribus, atque ad cuiusque tribus singulas etiam familiæ proprium habuere stemma, ut multis docet Abulensis citatus, *Vatal-  
blus & Sa. & Villalpandus tom. 2. in Ezech. p.  
2. lib. 5. dist. 2. cap. 29.* Proprium videlicet stemma juxta uniuersusque tribus nobilitatem, seu natalium splendorem; quæ ab stemmate nominarentur; uti apud nos Leones, Aquilari, Figueroæ, à Leone, ab Aquila, à fulcinalis foliis. Neque in vexillis tantum modo per gyrum tabernaculi fœderis stemmata conspiciebantur; sed etiam in logo, sive rationali pectus, & cor summi Hebraeorum Pontificis condecorante, ut videtur constare ex Sap. 18. *Sapi. 18. 24.*

24. *Et Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta.* Græcè pro magna-  
lia, et dōξa, quod trophya nobilitatis significat sive stematica Gentilicia: quæ in lapidibus auroque cælata (ut in sigillis cælari solent) gloriola generis prosapiam referabantur; ut putant Prado, & Villalpandus, & multi alii. Quorum igitur illorum stematica, qui progenitorum nobilitate, & gloria erant illustres, circa se Deus habere voluit per gyrum Tabernaculi sui? Quid est quod ad peftus supremi Antiflitis Christum Dominum portendunt, insignia nobilitatis præferantur? Sanè ut ostendat Deus quo in pretio, & loco apud illum exet generis nobilitas, præsertim si divino sint mancipata obsequio, illustrum progenitorum im-  
ages, & titulos circa se habere voluit, & cordi ei esse, quasi monile pretiosum, quod peftus pulchrè, & luculenter exornaret, præmu-  
niretque magnificè.

865 Quamobrem Deus, ut Ecclesiæ suam, quæ iam chara ei semper extitit, vix dum na-  
tam, teneram, & infantilem eo proveheret di-  
gnitatis & lucis, ut nihil in populis haberetur mirabilis & illustris; primam ad hoc totius orbis nobilitatem elegit, quæ eam non so-  
lum divitias, sed pietate & religione, exem-  
plisque luculentissimi educaret. Hoc illud est Isaia 49. 23. *Eruunt Reges nutritii tui, & Re-  
gina nutritrices tuae.* Et cap. 60. 16. *Ponamte in  
superbiæ scelerorum: id est, eximia eris, o Ec-  
clesia, admodum illustris, & eximia. Nam su-  
ges lac Gentium, & mamillæ Regum lactaberis.* Certe ut Ecclesiæ ad hanc eximiam cælitudi-  
nem perveniret, sublimisque spiritus sibi afflu-  
meret, & quasi innatam nobilitatem, promi-  
tit futuros ejus nutritios Reges, ac Princi-  
pes, qui facultibus suis, ac nobili pietate, pronis atque impensis, studiis, quasi lacte mollissimè, ac liberalissime Ecclesiæ nuriant & fovent, non aliter ac solent nobiles feminæ lactare & fovere infantulos, qui cum lacte mo-  
res etiam haurire solent, & generofos spiri-  
tus, ut obseruant Philosophi, & de Bernardi genitrici Guilielmus lib. 1. cap. 1. *Cum lacte Guiliel-  
materno materni quadammodo boni infundens  
filii naturam.*

866 Per candelabrum illud ab Angelo Za-  
chariæ demonstratum, Ecclesiæ Christianam, à nobilibus ejusque splendorem & sanctitatem præsignari, pietate illius.  
communis est antiquorum Interpretum apud tribus.  
nuperos expositores sententia. Zachar. 4. E-  
rat imprimis ex nobiliori materia aurum to-  
tum. Deinde lampas ejus super caput ipsius, il-  
lustris Christi Domini typus extitit. Septem  
lucernæ ejus super illud, justos omnes, qui no-  
bili virtutum splendore in Ecclesiæ fulgent,  
portendebant. Sed unde, quæ, tantus huic candelabro splendor? Unde lucernæ  
T 4 septem